11.100

Jesuchristi Salvatoris nostri eiusque Gloriosissimae Virginis Matris Mariae no
minibus humiliter implorattis. Nos Laudomius Chabert Presb. U. I. D.r Canoni
cus Sedis Valen. ac pro Ill.mo et R.mo D.no Don Ludovico Illefonso de Orca
meros Archiepiscopo Valentino huius almae Universitatis generalis que
Studiorum Academiae insignis Civit. Valen. Procancellarius: Universis
et singulis praesentes litteras sive praesens publicum privilegii instrumentum visuris, lecturis et
audituris: Salutem a Deo qui omnium est vera salus, cum pro rebus bene
ac laudabiliter gestis retributio viris praestantibus debeatur, ut et hu
iusmodi viri dignissimi insignium disciplinarum scientiam ornatiquibus honor
ratiores ab omnibus habeantur, et illorum etiam conatus qui in ipsarum
disciplinarum studiis ad earum cognitionem comparendam versantur, si tan
tum honorem se noverint adepturos majora suscipiens incrementa ipse
vero Ioannes Cortez et Moret quem morum probitas, scientia vitaque
honestas ac fama laudabilis multipliciter aprobant, et extollunt, ut ex
his quae vidimus et multorum fide digno sermone percepimus, nobis cons
titit, cupiens in facultate Iuris Civilis ad Licentiaturae et Doctoratus gradum
promoveri hunc que honorem arduo precedenti examine adipisci humili a nobis
supplicatione proposuerit ut ad privatum examen propterea subeundum puncta sibi
assignari, et si id justum foret ad dictum Licentiaturae et Doctoratus se admittere
dignaremur. Nos perpendentes supplicationem huiusmodi justam et equita
ti consonam esse, eundem Ioannem Cortez et Moret ad dictum privatum
examen admissimus pridie que huius diei quo examinis periculum aditurus erat
quo in facultate praedicta ei puncta constituta et asignata fuerunt per D.nos
Doctores Michaelem Angelum Dalp, et Eusebium Fabio Praepositum. Nam pri
mum punctum illi assignavit dictus D.nus D.r Michael Angelus Dalp. L. si in
certus 1. § 1. Sed si filius ff. de legat. 3. Secundum vero punctum illi asignavit di
tus Praepositus Eusebius Fabio L. Si interrogatidue 1. C. de Usuris. Dies que illi
fuit et in fastus praefinitus et hora decima ante meridiem qua de eisdem punctis
lectionem haberet eaque juxta probatam Doctorum eiusdem facultatis sententiam
interpretaretur, quod quidem ipse Ioannes Cortez et Moret asidentibus sibi
Doctoribus Michaeli Angelo Dalp, et Iosepho Pop suo in examine patribus
atque patronibus in loco huius Universitatis solito egregie quidem praestitit. Ubi
una nobiscum interfuerunt Michael Ioannes Moret, Eusebius Fabio Praepositi
eus, Claudius Bertina, Isidorus Segura Praepositus, Marcus Roig de Regio Concilio
Ioannes Garcia Praepositus Ypolitus Semper, Vincentius Lapull, D. Martinus
Valonga, Don Iacobus Madrono de Regio Concilio, Petrus Iosephus Borrull, Don
Franciscus Esteve, et Iacobus Guelda I. U. D.s et eiusdem facultatis in hac Aca
demia una cum dictis patribus atque patronibus examinatores dignissimi, Praedi
ctus itaque Ioannes Cortez et Moret coram nobis arduo et riguroso ex.e probatus ex
plicata nimirum de punctis sibi constitutis lectione ea doctissime interpretando
et declarando, et ad subtilissima examinatorum argum.ta optime ante que respon
dendo insignis sue eruditionis praeclarum specimen nobis dedit, quod ipsum